timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos : * super vos, et super fílios vestros.

Benedícti vos a Dómino,* qui fecit cælum, et terram.

Cælum cæli Dómino : * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : * neque omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Ant. ALLELU- IA, al-le-lú- ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.

Capitulum Christus resúrgens., Hymnus Ad cenam Agni próvidi., ℣. Mane nobíscum., ut in præcedenti Sabbato, pag. 198. et seq.

☙ Hic ordo servetur omni die Dominica ad Vesperas usque ad Ascensionem, scilicet de Antiphona super Psalmos, et de Psalmis et de Capitulo, et de Hymno, et de ℣., quando de Dominica agitur.

Ad Magnif. Ant. viij. toni.



QUI- A vidísti me Thoma, credidí-sti :



be- á-ti qui non vidérunt, et credidérunt, alle- lú-ia.



Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

Oratio. Præsta, quæsumus., ut in præcedenti Sabbato, pag. 201.

Mem. de Cruce, per Antiphonam Crucem sanctam súbiit., ℣. Dícite in natiónibus., et Orationem Deus, qui pro nobis., pag. 201. et 202.